



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Dn. Conradi Clingii Theologi Et Ecclesiastae Celeberrimi  
(dum vixit) apud Erphordiam Turingiæ, Catechismus  
Catholicus, summam Christianæ institutionis III. libris  
succinctim complectens**

**Klinge, Konrad**

**Coloniae, 1570**

**VD16 K 1309**

An esse Catholicum in animo, & in externis moribus sectarium, sese  
compatiuntur. tit. 211

**urn:nbn:de:hbz:466:1-29452**

folam igitur linguam agnosces Antichristum, sed potius circa facta, quia omnes laborant pro scissura & sua adhaerentia.

*AN ESSE CATHOLICVM IN*

*animo, & in externis moribus sectariorum, sese compatiuntur.*

TITVLVS CCXI.

**M**ultorum opinio est, qui dicunt: Templum Dei est animus meus, & non corpus meum. Deus non curat opera carnis, modo animus sit pius, & sic voluit esse catholici fide, & voce Ecclesiarum. Etiam communicant sub vna specie, audiunt sermones catholicorum, & c. atramen corpore comedunt sine scrupulo conscientiae carnes tempore catholicis in consuetudo, diebus festiuis permittunt laborare, non seruant ieiunia quatuor temporum, nec alia, & c. Intran Ecclesias sectariorum, ad nuptias ducunt sponsas haereticas, raro aut nunquam confitentur. Summa, haec omnia dicunt esse externa, & fieri propter civilem conuersationem. Deum illa non curare, & cetera. Summa, sunt discipuli Nicodemi carnales, & habent diuisam fidem.

Secundo, illi notantur Daniel. 2. in statua, ubi pes vnus ferreus, alter luteus. Sic illi volunt videri terrei, id est, constantes catholici, atramen sunt lutei, carnales, sectae adhaerentes, & voluptatum amatores, & cetera. Nam comedunt carnes vel ex voluptate, contempunt aut parcitate, quia caro non tanti emitur quanto pisces. Sed vtrum tales causae excusent, viderint ipsi: certe voluptas carnis non excusat, quia comestiones & ebrietates priuant regno Dei, Gala. 5. Non contemptus precepti, sic enim Adam expellitur de Paradiso, Gen. 3. Non paupertas quando alias in ludo, aut prodigioso conuiuio vno die plus consumis, & depauperans.



peraris: Non complacentia populi, nam Matth. 10. Qui plus amat patrem, matrem, &c. Nulla ergo harū casualium excusat, sed benè necessitas extrema, infirmitas puerperæ &c.

Tertiò, hoc peccatum, quod pleriq; vitia carnis nō putant peccatum, Paulus 1. Cor. 6. taxat, Nescitis, inquit, quòd corpora vestra templa sūt Spiritus sancti? & Apocal. 3. angelo Laodiceæ Ecclesiæ dicitur: Scio opera tua, quia neque frigidus, neque calidus es, vtiā vel vnum esses, aut frigidus, aut calidus: sed quoniam tepidus es, & neq; frigidus neque calidus, incipiam te euomere ex ore meo, &cæt. Frigidus es, quia quæ facis, aut propter homines, aut voluptates, aut timore pœnæ facis, & nec calidus, implens præcepta mea feruore charitatis, aut obedientia Ecclesiæ. Incipiam te euomere, id est, à me abijcere, tanquā quid abominabile. Nam illa tepiditas, id est, tarditas sententia est ad omnia vitia, & dicit: Diues sum, habeo Christum in fide, sufficit, nullius egeo, id est, opus non est ut faciam opera, obediā Ecclesiæ præceptis: & nec facis, quia miser es, per carentiam gratiæ: & miserabilis, per reatum pœnæ, pauper in bonis spiritualibus: & nudus, non videns defectiōem, & nudus, virtutibus spoliatus &cæt. Igitur suadeo tibi à me emere aurum, id est, charitatem & obedientiam postulare. Extra illam enim non est salus.

Ex quo sequitur, quòd non compatiuntur sese, esse catholicum animo & fide, & corpore sectarium. Hoc esset neq; calidum, neq; frigidū esse, ac tales euomit Deus & abominatur. Beatus igitur homo, in quo nō est dolus: Et qui verus ex toto est Israelita, id est, catholicus.

PAPA AN SIT CA-

put Ecclesia.

TITVLVS CXXII.

Notan.